
VERSIONE

LE RISPOSTE DEL FILOSOFO DIOGENE

Olim Diogenes philosophus, accensam lucernam manu tenens, in foro Athenarum ambulabat. Accesit amicus ad eum ut interrogaret cur lucernam accendisset, quamvis meridies esset et philosophus respondit se hominem quaerere, hortans ut is quoque hoc faceret. Idem Diogenes modo Athenis modo Lacedaemone vivebat. Cum olim interrogatus esset cur stabilem sedem non haberet, responderat se imitari Persarum reges, qui vel Susis vel Persepoli versabantur. Hi enim Persepoli hieme morabantur, Susa autem aestate se recipiebant, quo fruerentur ibi salubriore caelo. Cum amicus olim ex Diogene, qui Lacedaemone Athenas regrediebatur, quaevisisset unde veniret et quo tenderet, evenit ut philosophus responderet se ex virorum sede venire ad domicilium feminarum itum. Illis temporibus enim Lacedaemonii adfirmabant Athenienses effeminatos esse quod non bella, sed artes amarent¹.

¹ Tradurre il CONGIUNTIVO DELLA SOGGETTIVITÀ con l'INDICATIVO.